

*usus confessionis priuatae.*

*nummeratio  
artiosa non est  
necesaria.*

*August:  
de poenitentia  
triplici.*

retinenda sit priuata confessio propter absolutionem,  
explorationem, institutionem, et testimonium publi-  
cum doctrine, quod lapsi recipiantur a Deo, sed lex  
pontificia, omnis utriusque sexus, Et ipsius glossa de  
enumeratione omnium mortalium occultorum, cum  
singulis circumstantiis pugnat cum uerbo Dei, &  
patrum sententiis. sicut Petrus Lombardus, & Gra-  
tianus de poenitentia distinct. i. probant ex uer-  
bis Ambrosij, Augustini, Prosperi, & Chrysostomi,  
quibus etsi respondere conantur, tamen manife-  
stam uim faciunt uerbis sanctorum patrum, sicut  
quilibet non omnino rudis facile uidet. Et senten-  
tie quas pro confessione producant clare loquuntur  
de manifestis criminibus. Et quia Augustin. expo-  
nit omnia dicta patrum de poenitentia, iudicauit eius  
uerba ascribenda esse, sic enim scribit ad Felitianum,  
Et recitantur a Gratiano, sed mala fide, omisis eis,  
quae suae causae uidet posse obesse, De poeniten. d. i.  
cap. Tres autem sunt actiones poenitentiae quas me-  
cum cruditio uestra recognoscit, una est, quae no-  
uum hominem parturit donec per baptismum omnium  
praeteritorum fiat ablutio peccatorum. Altera  
est actio poenitentiae post baptismum, quae fit pro  
illis peccatis quae legis decalogus continet. agunt  
enim poenitentiam, si post baptismum ita peccauerunt,  
ut excommunicari, & reconciliari postea  
mereant